

vultu alacri, spiritu sancto plenus in hæc verba cum lacrimis erupit: „Convenistis, fratres et sorores, grex præcio Christi sanguinis redemptus, convenistis, inquam, ad nuptias ipsius sponse matrisque vestre cælestis ac sempiternæ aecclésiæ, quæ iccirco universalis dicitur, quoniam ^{z)} non solum quod in omnes mundi terminos dilatatur ^{a)}, sed etiam pro eo quod nulla immanitas criminum illius superat, si tantum fides assit, dona misericordiarum. Quæ scilicet patriarcharum mysticis presignata, figuris prophetarum ostensa, præsagiis apostolorum auctoritate ac labore constructa et martyrum sanguine consecrata ^{b)}. In qua abluti ac renovati a culpa veteris piaculi per salutaris undam ^{c)} baptismatis sicque ^{d)} induimini primi stola angelicæ beatitudinis, quam amisistis in transgressionem parentis primi incolæ paradysi. Deinde vero editis carnem ac potatis sanguinem illius omnipotentis agni, qui vos præ cæteris mundi creaturis formans et redimens invicta benignitate elegit ad sui atque patris regnum sanctique spiritus gloriam possidendam. Ad quam dilectissimi tendere vos invito, moneo, obsecro per caritatis ignem et humilitatis atque castitatis continuam custodiam. Gaudere ^{e)}, inquit, „contigisset michi ex vestre unanimatis devotione huius ^{f)} sanctificationis concursus ^{g)}, sed quia ^{h)} nimius meror mentem deprimit ex signis satanæ, quæ evidentissime apparent in populo dei. Non“, inquiens, „aspicitis ⁱ⁾, quibus est mens adhuc ^{k)} sanior, quæ scissuræ et detruncationes vestium rabidissime ^{l)}? Quæ attonsuræ per cervices virorum, quam turpis in barba orripilatio ^{m)} maxillarum? Quam vagacissima ⁿ⁾ pene ^{o)} universorum corporum ^{p)} et insanissima actitatio ^{q)}, quam lasciva ad omnes pene ^{o)} sermones ore terricrepro ^{r)} iuramenta? Ista etenim universa recentia et nuper grassata ^{s)} non ex religiositate christianitatis ^{t)} processere, quin potius ^{u)} ex diabolicæ ^{v)} superstitiositatis rabie emergere. Exinde quoque pullulat radix

z) fehlt R

a) dilatetur R

b) est consecrata R

c) RBM, unda F; hier wird man wohl eher einen Fehler in F annehmen müssen als einen vor allem in temporalem Zusammenhang auch belegten Gebrauch von per mit Ab-lativ, s. Hofmann / Szantyr (wie S. 460 Anm. 38) S. 241

d) sic R

e) exaudire B

f) BM; ad huius F, darin ad als Zusatz vor d. Z.; in huius R

g) concursu R

h) fehlt R

i) despicietis B

k) adhuc mens RBM

l) fehlt R

m) erstes r auf Rasur F, horripilatio R, chiripilatio B, obripilatio M

n) nugacissima RBM

o) wie oben S. 467 w)

p) fehlt RBM

q) in F i nachgetragen: lactitatio

r) tetricrepro M

s) crassata BM

t) in M Anmerkung: „ms. Christi bonitatis“

u) wie oben S. 478 r)

v) diabolica R